



1883 Dotta F. - E. F. C. G.

2326

DONATIVO
del Director de este Instituto
D. JOSÉ S. ORTS
(Q. D. H.)

Jm: 87. L.

1790.

Jm: y Scanland auj 8



11 88

DIEU-ET

MON-DROIT

INSTITVTIO
GRAECAE
GRAMMATICES
COMPENDIARIA,
In usum regiae scholae
Westmonasteriensis.

Scientiarum janitrix gram-
matica.

LONDINI:

Excuderunt S. Buckley, et
T. Longman, Regii in La-
tinis, Graecis, et Hebraicis
Typographi. 1787.
Cum Privilegio.

GRAMATICA

DIALECTICA

RHETORICA

GEOMETRIA

MUSICA

ARITHMETICA

ASTRONOMIA

475-5

Studium grammatices omnibus
est necessarium.

R. 3001

DAMOCHARIS.

Mὴ νεμέσας αἰοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὅπιδεῖ.
Ne parva auferaris, inest sua gratia parvis.

Ἡ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ.

Τῶν ἴστεριῶν συναγωγὸς τυγχάνω,
Καὶ λέξιν ὁρθῶ, καὶ μέτροις ἐφιστάνω.

Mix. ὁ Ψελλός.

P R A E F A T I O.

ALTERVM jam saeculum ad finem vergit, cum vir pietate et doctrina praestans, Edwardus Grantus, scholae regiae Westmonasteriensis moderator, Graecam grammaticam in usum scholae ejusdem publicavit. Quoniam autem praecepta illic tradita ex celeberrimis ante id tempus grammaticis, quorum nomina recenset¹, maxima ex parte collegerat, Graecae linguae spicilegium prae modestia appellare ipsi placuit. Attamen, qui diligenter perlegerit, magno labore ac studio auctori suo constitisse facile agnoscat; cui et illud laudis tribui debet, quod primus inter nostrates eam provinciam aggressus sit². Scripta est forma dialogi inter praeceptorem et discipulum instituti, et in lucem prodiit, schedis in quarto complicatis, anno Domini 1575³; quo tempore auctor trigesimum aetatis suae, et scholastici regiminis tertium nondum compleverat⁴. Sed cum partim mole sua, et partim pretio, communi puerorum usui minus accommodaretur; Gulielmus Camdenus, qui in schola ista moderanda Granto successit, in compendium a se redactam edidit hoc titulo: Institutio Graecae grammatices compendiaria, in usum regiae scholae Westmonasteriensis. De qua re V.R. Thomas Smithus S.T.D. in

¹ Epist. dedic. p. 1. ² Ibid. p. 2. ³ Haec unica fuit editio, de qua vid. Ames's Typographica Antiquities, pag. 316. ⁴ Ep. ded. p. 2.

Vita Camdeni *a se scripta haec habet*: Mortuo viro doctissimo, *Edwardo Granto*, sacrae theologiae doctore, qui regiam scholam Westmonasterensem diu rexerat, mense Martis MDXCIII in ejus locum suffectus est, *Camdenus*; quo nemo dignior, si longae per duodevinti annos in eadem palaestra exercitationes ex aequo ius ad succedendum non dedit, cui illius praefecture demandaretur¹. Et mox: Anno 1597. Grammatica Graeca ab ipsius venerando decessore, quocum per aliquammultos annos concorditer et amantissime vixerat, olim composita, hactenus in schola regia obtinuerat; cuius rudimenta, cum multa ex parte laborarent deficerentque, non tam reformanda, quam de novo instituenda censens, observationibus, quas ex Graecis omne genus scriptoribus acri judicio et longo usu colegerat, sub severum examen revocatis, grammaticam novam non soli scholae, cui praecebat, sed universis per Angliam scholis deinceps inservitaram edidit². *Haec ille*. Sed in errore versatur vir eruditus, cum, mortuo demum Granto, in locum ejus Camdenum suffictum fuisse scribat. Anno enim 1589 *E. Grantus S. T. D. Cantabrigiae creatus*³, ecclesiae de Toppesfield in agro Essexiensis rectoris munus a regina Elizabetha, cui tunc erat a sacris, 22 Apr. 1598 consecutus est; vitaque tandem defunctus, 21 Octobris 1601 successorem habuit Gulielmum Smythum⁴.

Quinetiam in tempore assignando, quo primùm grammatica Camdeni edita fuit, pariter lapsus est idem vir doctus;

¹ Viri Cl. Gulielmi Camdeni Vita, *praefixa Epistolis*, p. xviii.

² Ibid. p. xix. *Vid. etiam p. lxxviii, et Athen. Ox. Vol. I. c. 481.*

³ Fast. Cantabr. M. s. . . . 4 Newcourt Repertor. V. II. p. 609.

Qui plura de illo scire cupit, Athen. Ox. V. I. c. 310, consulere liceat.

qui

qui sub anno 1597, ut vidimus, eam collocaverit. Prima enim editio anno 1595 lucem aspexit, in qua Primitiva vocabula, Nomina mentium Graecorum, et Literarum nexus defuisse ostendit exemplar ejus anni, quod penes me est. Veruntamen fieri potest, ut alia quaedam editio, mibi nondum conspecta, anno 1597 prodiisset, quae ab eo prima haberetur. Exemplar autem editionis anno sequenti excusae vir artis hujus inter alias peritissimus, mibique amicissimus, Petrus Newcome mecum communicavit; cui Primitiva vocabula et Nomina mensium Graecorum, quae in prima editione desiderabantur, in fine sunt annexa. Eas accessiones ex Joanne Surfino in suam grammaticam trans tulit Camdenus, quod in prima editione facere non poterat; quae eodem anno, quo opus illud Surfini prodiit in Gallia¹, apud nos lucem vidi. At alteram illam Camdeni editionem, anno 1598 editam, cum prima conferens, posteriorcm in locis quamplurimiis emendatam fuisse perspexi. Proxima editio, cuius videridi copiam nactus sum, anno 1604 in lucem venit; quae per omnia ferè, etiam in mendis typographicis, cum posteriori jam dicta ita consensit, ut ex ea fuisse impressam dubitare vix licet. Inter reliquas editiones, quae ad manus meas devenerunt, temporis ordine proximum sibi locum vindicat, quae anno 1615 vulgata fuit. Nihil autem novi exhibuit, praeterquam ornamenta quaedam; Septem scilicet artium liberalium imagines in fronte collocatas, Insignia regia paginae adversae affixa, et Arborem doctrinae sub finem adjunctam; quae

¹ Joannis Surfini Carnutis Nogentini Grammaticae Graecae libri sex: Accessit breve Lexicon primitivarum omnium totius Graecae linguae. dictionum: Andegavi 1595. quarto.

P R A E F A T I O.

omnia ex grammatica Latina ad hanc decorandam sumpta
fuisse apparebant. In eo statu, quantum investigare potui,
grammatica haec permanxit, donec anno tandem 1640 pro-
diit editio, quae elogium illud in fronte praese tulit: Prout
oblata fuit authoritati, aucta et emendata. Nec temere
haec quidem, sed verè pronuntiata esse, collatione cum pri-
oribus editionibus facta, planè perspectum habui. Addi-
tiones autem ex novis quibusdam exemplis, partim substam-
tivorum declinationibus, et partim dialectorum tabellis,
quae prius desiderabantur, insertis praecipue constabant.
Nihil amplius ad singulas grammaticae hujus partes con-
stituendas tum deerat, praeter Literarum nexus, quos ini-
tio editionis anno 1653 excusae adjectos inveni; sed in alia
post triennium publicata ad finem dimovebantur, ubi semper
deinceps permanserunt. Ex eo tempore editiones, quamlibet
numerovae, in nulla re momenti, quod sciam, inter se di-
screparunt. Per saeculi igitur dimidium et amplius gram-
maticam hanc diversis temporibus paulatim exultam et
auctam fuisse, priusquam formam suam integrum acceperat,
manifestum videtur. Mirari autem subit, Michaelem
Maittaire, scriptorem alioquin non diligentem, in Anna-
libus suis typographicis nusquam de illa, cuius usus in
scholis nostris centum et sexaginta circiter annos nunc inva-
luit, mentionem fecisse.

Restat tantum, ut de nova hac editione pauca dicamus.
Prima igitur cura fuit, ut à mendis quamplurimis, qua
priores editiones temporis progressu haud parum corrupe-
rant, purgaretur. Graecas etiam partium orationis earum-
que affectionum appellations, quas vulgo adhibent gram-
matici, ut tironibus non modo inutiles, sed etiam impedi-
mento,

mento, dum primis rudimentis initiantur, eximere consul-
tius ducebatur. In veteribus enim interpretibus et scholi-
astis legendis cognitio earum praecipue requiritur ; quae, ut
occasio postulet, lexicorum ope levi negotio comparare lice-
bit. Tam varia autem et multiplex est Graeca nomina et
verba flectendi ratio, ut maximam in lingua hac discenda
difficultatem inde exoriri res sit manifesta. Quapropter, ut
illud incommodi, quantum fieri posset, levaretur ; sub una-
quaque Substantivorum declinatione, exempla, ubi deerant,
eatenus aucta sunt, ut una cum diversis terminationibus
omnes accentuum varietates per singulos numeros et casus
exhiberent. Idem quoque in Adjectivis, quae breviter nimis
antehac tractabantur, pari ratione observatum est. Prae-
terea, ne quid deesset in Verbis explicandis, quod dissentium
usui inserviret ; conjugationes verbi medii, verborum con-
tractorum, et in μ i desinentium, per modos et tempora nunc
primum accesserunt. Porro, ut singulae cuiusque temporis
personae in verborum paradigmatibus accentu suo notarentur,
eadem cura, ac de nominibus paulo supra exposuimus, ubique
fuit adhibita. Hinc enim pueri eadem opera, qua voces de-
clinabiles infletere discunt, Accentuum etiam diversam ra-
tionem facile percipient ; cuius rei accurata cognitio ma-
gnam saepe in Graeca lingua adfert utilitatem. Nam, ut
alia omittamus ; multa vocabula iisdem literis scripta, sensu
vero discrepantia, diversa ejusdem accentus sede distinguun-
tur : ut, θεὰ dea, θέα spectaculum ; ἵχθυοφάγος qui pisces
edit, ἵχθυόφαγος qui a piscibus comeditur. Contra au-
tem diversus in eadem sede accentus syllabarum quantita-
tem interdum indicat : sic, χρεία usus & longam habet,
μεῆσα

moūsa musa a brevem. Quinetiam plures nonnunqua ejusdem vocis affectiones easdem literas habentes, cum diverso accentu, tum diversa etiam ejusdem accentus sede, discriminis causa notantur: ut, ποίσαι fecisse, ποίσαι feceri ποίσαι fac; omnia a ποιέω facio. Catalogus anomalorum verborum non auctior tantum, sed multo etiam emendatus invenietur. Syntaxeos praecepta eodem modo, ac in Latina grammatica, disposuimus; quo facilis utriusque linguae in vocum constructione aut congruentia, aut discrepancia, inter se conferendo appareret. Paucā autem praeceptū quae necessaria videbantur, in locis quibusdam de novo sunt adjecta. Dialectorum tabella, lineolis interpositis ubiq̄ jam distincta, longè paratiūs debinc consuli poterit. Quod de Anomalis etiam in p̄i pari ratione dicatur. Verūm enim vero, ne accessionibus memoratis, et aliis quibusdam passim inseritis, liber emptorum dispendio nimis excrevisset; Primitiv vocabula, quae saepius ab aliis seorsum sunt edita, prorsus omittere necessarium inveniebatur. Eademque de causis quaedam notulis explicata typis minoribus excudi, et in marginem rejici, curavimus. Caeterū Anni Attici rationem clariūs expositam, et puerorum captui magis accommodatam in suo retinere visum est. Huic denique subnexa est Abbreviationum tabella, auctior paulò quam antehac facta cuius tamen auxilio tyrunculi minus jam aliquandiu indigebunt, quia in hac editione Graeca vocabula illorum gratia ex literis singularibus ubique conficiuntur.

I. W.

INSTITVTI

INSTITV TIO

GRAECAE GRAMMATICES.

GRAECAE grammatices quatuor sunt partes; orthographia, etymologia, syntaxis, et prosodia.

I. DE ORTHOGRAPHIA.

LITERAE sunt viginti quatuor, quae hic sequuntur.

Figura.	Nomen.	Potestas.
A α	ἄλφα	alpha a ..
B β	βῆτα	beta b ..
Γ γ	γάμμα	gamma g ..
Δ δ	δέλτα	delta d ..
E ε	εψιλόν	e psilon e. tenuet breve
Z ζ	ζῆτα	zeta z
H η	ητα	eta e. longum
Θ θ	θῆτα	theta th
I ι	ιῶτα	iota i ..
K κ	κάππα	kappa k c ..
Λ λ	λάμβδα	lambda l ..
M μ	μῦ	mu m ..
N ν	νῦ	nu n
Ξ ξ	ξῖ	xi x
O ο	ο μικρὸν	o micron o parvum et breve ²
Π π	πῖ	pi p
P ρ	ρῶ	rho r
Σ Σ σ	σίγμα	sigma s
T τ	ταῦ	tau t
T v	υψιλόν	u psilon u
Φ φ	φῖ	phi ph ..
X χ	χῖ	chi ch ..
Ψ ψ	ψῖ	psi pf
Ω ω	ώ μέγα	o mega o magnum et longum *

¹ Sub Orthographia hic continetur et Orthoëpia.

² Parvum et magnum figuram denotant, breve et longum quantitatem.

³ In vocum initio scribitur Σ, in principio et medio σ, et ο in fine.

Institutio Graecae

Divisio literarum.

Ex literis septem sunt vocales, α , ε , η , ι , \circ , υ , ω .
Reliquae septemdecim sunt consonantes.

Divisio vocalium.

VOCALES longae sunt η ω : breves, ε , \circ : ancipites,
 α , ι , υ ¹.

Mutabiles sunt α , ε , \circ ²: immutables, η , ι , υ , ω .

Praepositivae sunt α , ε , η , \circ , ω : subjunctivae, ι , υ ³.

DIPHTHONGI propriae sunt $\alpha\iota$, $\alpha\upsilon$, $\varepsilon\iota$, $\varepsilon\upsilon$, $\circ\iota$, $\circ\upsilon$
impropriae, α , η , ω , $\eta\upsilon$, $\iota\upsilon$, $\omega\upsilon$ ⁴.

Mutabiles sunt $\alpha\iota$, $\alpha\upsilon$, $\circ\iota$: immutables, $\varepsilon\iota$, $\varepsilon\upsilon$, $\circ\upsilon$.

Divisio consonantium.

CONSONANTES sunt duplices, mutae et semivocales.

MUTAE dividuntur in tenues, π , κ , τ : medias, β ,
 γ , δ : et aspiratas ϕ , χ , ϑ .

Mutantur inter se π , β , ϕ : κ , γ , χ : τ , δ , ϑ ⁵.

SEMIVOCALES sunt duplices, ζ , ξ , ψ ⁶: liquidae
vel immutabiles⁷; λ , μ , ν ⁸, ρ : et σ suae potestatis
tera.

¹ Vocales *ancipites* ita vocantur, quod in aliis vocibus breves, in aliis longae, in aliis denique sunt communes.

² *Mutabiles* in verborum augmentis mutantur in longas, quod de diphongis pariter intelligi debet.

³ *Praepositivae* et *subjunctivae* inde nomen habent; prout in diphongis aut praeponuntur, aut subiunguntur. In $\iota\upsilon$ tamen υ *praepositiva* est.

⁴ Ex *impropriis* tales priores *surdæ* vocantur, quod in subiectum vix punctiatur; tres vero posteriores *absoneæ* dicuntur.

⁵ Mutatio haec in vocum inflexione et ortu praecipue locum habet.

⁶ Pro $\delta\sigma$, $\nu\sigma$, $\pi\sigma$.

⁷ *Immutabiles* dicuntur, quia in nominum inflexione, et futuris verbis, nullam mutationem subeunt.

⁸ Pro γ scribitur γ ante γ , κ , ξ , χ ; quae sonat tamen ut ν : si $\epsilon\gamma\gamma\epsilon\phi\omega$ inscribo, $\ddot{\alpha}\gamma\gamma\epsilon\lambda\omega$ angelus; $\pi\epsilon\phi\alpha\gamma\kappa\alpha$ apparui, $\ddot{\alpha}\gamma\eta\omega$ tumulus; $\epsilon\gamma\xi\epsilon\omega$ insculpo, $\lambda\dot{\alpha}\gamma\xi$ lynx; $\epsilon\gamma\chi\epsilon\omega$ infundo, $\epsilon\gamma\chi\omega$ basta. Sed μ scribi ante ϵ , μ , π , ϕ , ψ . Item λ et interdum ρ ante similem.

S Y L L A B A

S Y L L A B A E.

Ex literis fiunt syllabae, ex syllabis vocabula, ex vocabulis oratio.

SYLLABIS accidunt tempus, accentus, spiritus, et apostrophus.

De tempore, seu *quantitate*, infra agetur in PROSODIA.

Accentus.

ACCENTVS sunt tres ; acutus ('), gravis (') et circumflexus (~).

Acutus habet locum in ultima syllaba, penultima, et antepenultima : unde vocabulum dicitur acutitonus, ut, Θεός *Deus* ; penacutum, ut, λόγος *sermo* ; antepenacutum, ut, ἄγγελος *angelus*.

Circumflexus in ultima et penultima : unde vocabulum dicitur circumflexum, ut, σῦκη *ficus arbor* ; antcircumflexum, ut, σῦκον *ficus*.

Gravis in ultima tantum signatur : unde vocabulum dicitur, ut, priùs, acutitonus, ut, Χριστὸς *Christus*¹.

In ultima verò si nullus sit accentus, vocabulum dicitur gravitonus² ; ut, ἄγγελος, λόγος, σῦκον³.

Spiritus.

SPIRITVS duo sunt ; lenis ('), et asper (').

Omnis dictio a vocali vel diphthongo incipiens, spiritum tenuem vel asperum accipit in principio.

Omnes dictiones incipientes ab *v* vel *p* aspirantur : ut, ὕδωρ *aqua*, φέω *fluo*.

Sed si *p* in medio geminetur, prius levigatur, alterum aspiratur : ut, ἐπόπωσο *vale*.

¹ Acutus et circumflexus syllabam, quam afficiunt, semper elevant ; gravis verò deprimit, ideoque nunquam appingitur nisi in ultima syllaba, ubi acuti vicem sustinet, syllabamque attollit.

² Vel barytonum.

³ De accentibus plura dicentur sub finem *Syntaxios*.

Institutio Graecae

Apostrophus.

APOSTROPHVS est nota rejectae vocalis ob vocalem sequentem, ad hunc modum (').

Rejiciuntur per apostrophum vocales *α, ε, ι, ο*; diphthongi *αι, οι*: ut, *κατ' αὐτὸν*, pro *κατὰ αὐτὸν*, *contra illum*.

Si sequens vocalis aspiretur, mutatur tenuis praecedens in aspiratam: ut, *ἀφ' ήμῶν*, pro *ἀπὸ ήμῶν*, *a nobis*. *νύχθ' ὥλην*, pro *νύκτα ὥλην*, *noctem totam*.

II. DE ETYMOLOGIA.

PARTES orationis sunt octo; articulus, nomen, pronomen, verbum, participium¹, adverbium², conjuncti praepositio.

Numeri tres sunt; singularis, dualis³, pluralis.

Casus sunt quinque; nominativus, genitivus, dativus accusativus, vocativus⁴.

Genera sunt quatuor; masculinum, foemininum neutrum, commune.

ARTICVLVS.

ARTICVLVS est duplex: praepositivus, *δ, ἵ, τὸ, ἡ*
haec, hoc; subjunctivus, *ὅς, ἵ, ὁ, qui, quae, quod*⁵.

Singular.

Dual.

Plural.

N.	G.	D.	N.	G.	D.	A.			
Masc.	<i>ὁ</i> ,	<i>τοῦ</i> ,	<i>τῷ</i> ,	<i>τὸν</i> ,	<i>τῷν,</i>	<i>οἱ</i> ,	<i>τῶν</i> ,	<i>τοῖς</i> ,	<i>τοῖ</i> ,
Foem.	<i>ἡ</i> ,	<i>τῆς</i> ,	<i>τῇ</i> ,	<i>τὴν</i> ,	<i>τῇν,</i>	<i>αι</i> ,	<i>τῶν</i> ,	<i>ταῖς</i> ,	<i>ταῖ</i> ,
Neut.	<i>τὸ</i> ,	<i>τοῦ</i> ,	<i>τῷ</i> ,	<i>τό</i> .	<i>τῷν.</i>	<i>τῷ</i> ,	<i>τῷν</i> .	<i>τῷς</i> ,	<i>τῷ</i> ,

¹ *Participia* sub diversis verborum suorum generibus tractantur.

² Sub *Adverbio* continetur etiam *Interjectio*.

³ *Dialis* usurpatur, cum de duobus sit sermo, ac praesertim si res geminae; pluralis tamen saepe usurpatur pro duali.

⁴ Carent Graeci *ablative*; cuius loco *dativum*, et aliquando *genitivus* adhibent.

⁵ Accuratè loquendo unus tantum est *articulus*, nempe *praepositivus*, genera nominum distinguuntur; *subjunctivus* autem revera est *pronomen relativum*.

⁶ *Vocativus* utriusque deest articulo, sed adverbio *vocandi* & suppletur.

Sin.

Singular.	Dual.	Plural.
N. G. D. A.	N A. G D.	N. G. D. A.
Mac. ὁς, οῦ, ὡς, ὄν,	ὦ, οἶν,	οἱ, ὥν, οῖς,
Foem. ἦ, ἵς, ἦ, ἵν,	ἄ, αἴν,	αἱ, ὥν, αῖς,
Neut ὁ, οῦ, ὡς, ὄ.	ὦ, οἶν.	ἄ, ὥν, οῖς, ἄ.
Sic N. ὅσπερ, ἵπερ, ὅπερ, G. οὖπερ, ἵσπερ, οὔπερ, etc. qui, quae, quod.		

N O M E N.

DECLINATIONES substantivorum sunt decem ; quinque simplicium, et quinque contractorum.

Quatuor priores declinationes simplicium sunt parasyllabicae, hoc est, non crescentes genitivo.

Quinta est imparisyllabica, hoc est, genitivo crescens ; ex qua omnes contractorum declinationes oriuntur.

Nominativus, accusativus, et vocativus duales iidem sunt ; similiter genitivus et dativus.

Nominativus et vocativus plurales sunt iidem.

Genitivus pluralis definit perpetuo in ὧν.

Nominativus, accusativus, et vocativus neutrorum in singulis numeris sunt iidem ; et pluraliter extra contractionem semper exeunt in α, nisi in quarta simplicium.

Atticè vocativus semper idem est ac nominativus, et poëticè saepe usurpatur pro nominativo.

Obs. Dativus singularis in quatuor primis declinationibus simplicium semper habet subjectum finalibus suis, α, η, ω¹.

S V B S T A N T I V A S I M P L I C I A.

Prima declinatio.

DECLINATIO prima duas habet terminaciones, ας et ης, generis tantum masculini : ut, ὁ ταχίας questor, ὁ τελώνης publicanus².

¹ Quod in articulis etiam locum habet.

² Sed ὁ et ἡ ληστὴς, latro, communis generis, ut alii volunt.

Sing. N. ὁ ταμί-ας, G. τοῦ ταμί-ου, D. τῷ ταμί-ᾳ, A. τὸ
ταμί-αν, V. ὡς ταμί-α.

D. N. et A. τῷ ταμί-ᾳ, G. et D. τοῖν ταμί-αιν, V. ταμί-α.

P. N. οἱ ταμί-αι G. τῶν ταμι-ῶν, D. τοῖς ταμί-αις, A. τοῖ
ταμί-ας, V. ὡς ταμί-αι.

Sing. N. ὁ τελών-ης, G. τὸς τελών-ου, D. τῷ τελών-ῃ, A. τῷ
τελών-ην, V. ὡς τελών-η.

D. N. et A. τῷ τελών-ᾳ, G. et D. τοῖν τελών-αιν, V. τελών-α.

P. N. οἱ τελῶν-αι, G. τῶν τελων-ῶν, D. τοῖς τελών-αις, A. τοῖ
τελών-ας, V. ὡς τελῶν-αι.

Quaedam in ας Doricè ¹ declinata formant genitivum
singularem in α : ut, ὁ Θωμᾶς, τὸς Θωμᾶ, Thomas
ὁ Βόρρας, τοῦ Βόρρα, boreas.

Quae desinunt in πης, ut, σαλπάπης satrapa ; in της, ut
κριτῆς judex ; item gentilia, ut Σκύθης Scytha ; et com-
posita a μετρῷ metior, πωλῶ vendo, τρίβω tero ; ut, γεωμε-
τρης geometra, βιβλιοπόλης bibliopola, παιδοπλήσης palaestra
magister : formant vocativum per α breve ; ut, ὡς σαλπά-
πα, ὡς κριτὰ, etc.

Sing. N. ὁ κριτ-ῆς, G. τὸς κριτ-οῦ, D. τῷ κριτ-ῇ, A. τῷ
κριτ-ῆν, V. ὡς κριτ-ά².

D. N. et A. τῷ κριτ-ᾳ, G. et D. τοῖν κριτ-αιν, V. τελών-α.

P. N. οἱ κριτ-αι, G. τῶν κριτ-ῶν, D. τοῖς κριτ-αις, A. τοῖ
κριτ-ας, V. ὡς κριτ-αι.

Secunda declinatio.

DECLINATIO secunda duas continet terminaciones
α et η, generis foeminini ; ut, ἡ μῆσα musa, ἡ θάλασσα
mare, ἡ λύση dolor, ἡ τιμὴ honor.

¹ De variis Graecae linguae Diakletis in fine hujus libri agetur.

² Δεσπότης dominus, et μηλίετης corfiliarius. retrahunt accentum
vocativo singulari : ut, ἡ δέσποτα, ὡς μηλίτης.

Sing. N. μούσ-α, G. τῆς μούσ-ης, D. τῇ μούσ-ῃ, A. τὴν μούσ-αν, V. ὡς μούσ-α.
D. N. et A. τὰ μούσ-α, G. et D. ταῖν μούσ-αν, V. ὡς μούσ-α.

P. N. αἱ μούσ-αι, G. τῶν μούσ-ῶν, D. ταῖς μούσ-αις,
A. τὰς μούσ-ας, V. ὡς μούσ-αι.

Sing. N. ἡ θάλασσ-α, G. τῆς θαλάσσ-ης, D. τῇ θαλάσσ-ῃ,
A. τὴν θαλάσσ-αν, V. ὡς θαλάσσ-α.

D. N. et A. τὰ θαλάσσ-α, G. et D. ταὶ θαλάσσ-αν,
V. ὡς θαλάσσ-α.

P. N. αἱ θαλάσσ-αι, G. τῶν θαλάσσ-ῶν, D. ταῖς θα-
λάσσ-αις, A. τὰς θαλάσσ-ας, V. ὡς θαλάσσ-αι.

Sing. N. ἡ λύπ-η, G. τῆς λύπ-ης, D. τῇ λύπ-ῃ, A. τὴν
λύπ-ην, V. ὡς λύπ-η.

D. N. et A. τὰ λύπ-α, G. et D. ταῖν λύπ-αν, V. ὡς
λύπ-α.

P. N. αἱ λύπ-αι, G. τῶν λύπ-ῶν, D. ταῖς λύπ-αις, A. τὰς
λύπ-ας, V. ὡς λύπ-αι.

Sing. N. ἡ τιμ-ή, G. τῆς τιμ-ῆς, D. τῇ τιμ-ῇ, A. τὴν τιμ-ήν,
V. ὡς τιμ-ή.

D. N. et G. τὰ τὰ τιμ-ὰ, G. et D. ταῖν τιμ-αῖν, V.
τιμ-ά.

P. N. αἱ τιμ-αι, G. τῶν τιμ-ῶν, D. ταῖς τιμ-αις, A. τὰς
τιμ-ὰς, V. ὡς τιμ-αι.

FINITA in δα, θα, ρα, ετα purum¹, faciunt geniti-
vum in ας, et dativum in α: ut, Λίδα Leda, Μάρθα
Martha, ἡμέρα dies, φιλία amicitia.

Sing. N. ἡ φιλί-α, G. τῆς φιλί-ας, D. τῇ φιλί-ᾳ, A. τὴν
φιλί-αν, V. ὡς φιλί-α.

D. N. et A. τὰ φιλί-α, G. et D. ταῖν φιλί-αν, V. ὡς
φιλί-α.

P. N. αἱ φιλί-αι, G. τῶν φιλί-ῶν, D. ταῖς φιλί-αις, A. τὰς
φιλί-ας, V. ὡς φιλί-αι.

Obs. Quaedam nomina hujus declinationis in dativo

* Syllaba pura dicitur, quam vocalis vel diphthongus antecedit.

et accusativo singulari patiuntur metapasmum¹: ut, ἀλη, pro ἀλη, *robore*; et plurima augentur syllaba φι vel φιν, ut, Σύρος, ιανουα, Σύροφι.

Tertia declinatio.

DECLINATIO tertia duas habet terminations, ος ει
ον: ος masculini, foeminini, et communis generis; ο
neutrius: ut, ὁ λόγος *sermo*, ή δοκὸς *trabs*, ὁ et ή ἄνθρωπος;
βέροι; et τὸ ζῷον *animal*.

Sing. N. ὁ λόγος, G. τοῦ λόγου, D. τῷ λόγῳ, A. τὸ
λόγον, V. ὡς λόγος.

D. N. et A. τῷ λόγῳ, G. et D. τοῖν λόγοιν, V.
λόγοι.

P. N. οἱ λόγοι, G. τῶν λόγων, D. τοῖσι λόγοις, A. τοὺς
λόγους, V. ὡς λόγοι.

Sing. N. ή δοκός, G. τῆς δοκοῦ, D. τῇ δοκῷ, A. τῇ
δοκῷ, V. ὡς δοκός.

D. N. et A. τῷ δοκῷ, G. et D. ταῖν δοκοῖν, V. ὡς δοκώ.

P. N. αἱ δοκοί, G. τῶν δοκῶν, D. τοῖσι δοκοῖς, A. τὰς
δοκοῖς, V. ὡς δοκοί.

Sing. N. ὁ et ή ἄνθρωπος, G. τοῦ et τῆς ἀνθρώπου,
D. τῷ et τῇ ἀνθρώπῳ, A. τὸν et τὴν ἀνθρώπον, V. ᾧ
ἄνθρωπος.

D. N. et A. τῷ et τῷ ἀνθρώπῳ, G. et D. τοῖν et ταῖν
ἀνθρώποιν, V. ὡς ἀνθρώπῳ.

P. N. οἱ et αἱ ἄνθρωποι, G. τῶν ἀνθρώπων, D. τοῖσι et
ταῖσι ἀνθρώποις, A. τοὺς et τὰς ἀνθρώπους, V. ὡς
ἄνθρωποι.

Sing. N. τὸ ζῷον, G. τοῦ ζώου, D. τῷ ζῷῳ, A. τὸ
ζῷον, V. ὡς ζῷον.

D. N. et A. τῷ ζῷῳ, G. et D. τοῖν ζῷοιν, V. ὡς ζῷῳ.

P. N. τὰ ζῷα, G. τῶν ζῷων, D. τοῖσι ζῷοις, A. τὰ
ζῷα, V. ὡς ζῷα².

¹ De hac figura vide infra in *Figuris dielionis*.

² In recentioribus quibusdam editionibus ὁ νόος νοῦς mens hic adiicitur, de quo inter *Heterochita contractione* hujus declinationis infra agetur.

Obs.

Obs. 1. Poëticè dativus singularis, et dativus pluralis, nonnunquam mutantur per metaplasmum: ut, παρθένι, pro παρθένῳ, *virgini*; ἄστραι, pro ἄστροις, *astris*; σάββασι, pro σαββάσιοις, *sabbatis*.

Obs. 2. Pauca patiuntur apocopen; ut, ἔψι, pro ἔπιον, *lana*: et nonnullis φι vel φιν adjungitur; ut σφατόφι, pro σφατόν, *exercitus*.

Quarta declinatio¹.

DECLINATIO quarta duas habet terminaciones, ως et ων: ως masculini et foeminini generis², ων neutrius: ut ὁ λεως *populus*, ἡ γάλως *glos*; et τὸ ἀνώγεων *coenaculum*. Sing. N. ὁ λε-ως, G. τοῦ λε-ῶ, D. τῷ λε-ῷ, A. τὸν λε-ῶν, V. ω λε-ώς.

D. N. et A. τῷ λε-ῷ, G. et D. τοῖν λε-ῶν, V. ω λε-ώ.

P. N. οι λε-ῷ, G. τῶν λε-ῶν, D. τοῖς λε-ῷς, A. τοὺς λε-ῷς, V. ω λε-ώ.

Sing. N. ἡ γάλ-ως, G. τῆς γάλ-ω, D. τῇ γάλ-ῳ, A. τὴν γάλ-ῶν, V. ω γάλ-ώς.

D. N. et A. τὰ γάλ-ω, G. et D. ταῖν γάλ-ῶν, V. ω γάλ-ω.

P. N. αι γάλ-ῳ, G. τῶν γάλ-ῶν, D. τοῖς γάλ-ῷς, A. τοὺς γάλ-ῷς, V. ω γάλ-ῳ.

Sing. N. τὸ ἀνώμε-ων, G. τῷ ἀνώμε-ῳ, D. τῷ ἀνώμε-ῷ, A. τὸ ἀνώμε-ῶν, V. ω ἀνώμε-ών.

D. N. et A. τῷ ἀνώμε-ῳ, G. et D. τοῖν ἀνώμε-ῶν, V. ω ἀνώμε-ώ.

P. N. τὰ ἀνώμε-ῳ, G. τῶν ἀνώμε-ῶν, D. τοῖς ἀνώμε-ῷς, A. τοὺς ἀνώμε-ῷς, V. ω ἀνώμε-ῳ.

Obs. 1. Quinque nomina hujus declinationis formant accusativum in ω: ut, ὁ Ἄθως, "Ἄθω, *Atho mons*; ἡ Ἔως, Ἔω, *aurora*; ἡ Κέως, Κέω, *Ceos insula*; ἡ Κῶς, Κῶ, *Cos*

¹ Haec *declinatio* est Atticorum propria. Fit autem ut plurimum ex nominibus tertiae, mutando ultimam vocalem vel diphthongum in ω; praeter αι, quae vertitur in diphthongum improprium ω: et penultimam a longam ante os purum in ε; ut ὁ ναὸς νεὼς *templum*.

² Commune genus haec tenus additum fuit, substantivum verò commune in ως vix occurrit. Citatur quidem ὁ et ἡ ἄλως area apud grammaticos, ex I Sam. xxiii. 1; sed codices illic variant.

insula;

insula; ὁ λαγώς, λαγώ, *lepus*: quod in omnibus antiquitatis ultatum fuit.

Obs. 2. Unicum est nomen hujus declinationis in ω neutrius generis: ut, τὸ χρεῶς *debitum*.

Quinta declinatio.

DECLINATIO quinta octo habet terminaciones: tres vocales, *α*, *ι*, *υ*, generis neutrius¹; et quinque consonantes, *ν*, *ξ*, *ρ*, *σ*, *ψ*, generum omnium: ut, τὸ σῶμα *corpus*, τὸ μέλι *mel*, τὸ δάκρυ *lacryma*; ὁ δελφῖνος *delphinus*, ὁ ἄναξ *rex*, τὸ δέλκεαρ *esca*, ἡ λαμπτὰς *lampas*, ὁ γὺψ *vultur*. Sing. N. τὸ σῶμ-α, G. τοῦ σώμ-ατος, D. τῷ σώμ-ατi, A. τὸ σῶμ-α, V. ὡς σῶμ-α.

D. N. et A. τῷ σώμ-ατε, G. et D. τοῖν σώμ-ατοιν, V. σώμ-ατε.

P. N. τὰ σώμ-ατα, G. τῶν σώματων, D. τοῖς σώμ-ασι, A. τὰ σώμ-ατα, V. ὡς σώμ-ατα.

Sing. N. τὸ μέλ-ι, G. τοῦ μέλ-ίος, D. τῷ μέλ-ί, A. τὸ μέλ-ι, V. ὡς μέλ-ι.

D. N. et A. τῷ μέλ-ίε, G. et D. τοῖν μελ-ίοιν, V. μέλ-ίε.

P. N. τὰ μέλ-ία, G. τῶν μελ-ίτων, D. τοῖς μέλ-ίσι, A. τὰ μέλ-ία, V. ὡς μέλ-ία.

Sing. N. τὸ δάκρυ, G. τοῦ δάκρυος, D. τῷ δάκρυ-ῳ, A. τὸ δάκρυ, V. ὡς δάκρυ.

D. N. et A. τῷ δάκρυ-ε, G. et D. τοῖν δάκρυ-ίοιν, V. δάκρυ-ε.

P. N. τὰ δάκρυα, G. τῶν δάκρυών, D. τοῖς δάκρυ-σι, A. τὰ δάκρυα, V. δάκρυ-α.

Sing. N. ὁ δελφῖνος, G. τοῦ δελφίνου, D. τῷ δελφῖνi, A. τὸν δελφῖνα, V. δελφῖνος.

D. N. et A. τῷ δελφῖνε, G. et D. τοῖν δελφίνοιν, V. δελφῖνε.

¹ Novem terminaciones huic declinationi communiter assignantur, femininis in ω definitibus etiam adjecti, quae ad quartam contractorum propriè respectare videntur.

- P. N. οἱ δελφῖνες, G. τῶν δελφίνων, D. τοῖς δελφῖσι,
 A. τοὺς δελφῖνας, V. ὃ δελφῖνες.
 Sing. N. ὁ ἄν-αξ, G. τοῦ ἄν-ακτος, D. τῷ ἄν-ακτι, A. τὸν
 ἄν-ακτα, V. ὃ ἄν-αξ.
 D. N. et A. τῷ ἄν-ακτε, G. et D. τοῖν ἄν-άκτοιν, V. ὃ
 ἄν-ακτε.
 P. N. οἱ ἄν-άκτες, G. τῶν ἄν-άκτων, D. τοῖς ἄναξ-ι, A. τοὺς
 ἄν-άκτας, V. ὃ ἄν-άκτες.
 Sing. N. τὸ δέλε-αρ, G. τοῦ δελέ-αλος, D. τῷ δελέ-ατι, A. τὸ
 δέλε-αρ, V. ὃ δέλε-αρ.
 D. N. et A. τῷ δελέ-ατε, G. et D. τοῖν δελε-άτοιν, V. ὃ
 δελέ-ατε.
 P. N. τὰ δελέ-ατα, G. τῶν δελε-άτων, D. τοῖς δελέ-ασι,
 A. τὰ δελέ-ατα, V. ὃ δελέ-ατα.
 Sing. N. ἡ λαμπ-άξ, G. τῆς λαμπ-άδος, D. τῇ λαμπ-άδι,
 A. τὴν λαμπ-άδα, V. ὃ λαμπ-άδες.
 D. N. et A. τὰ λαμπ-άδε, G. et D. ταῖν λαμπ-άδοιν,
 V. ὃ λαμπ-άδε.
 P. N. αἱ λαμπ-άδες, G. τῶν λαμπ-άδων, D. ταῖς λαμπ-
 ἀσι, A. τὰς λαμπ-άδας, V. ὃ λαμπ-άδες.
 Sing. N. ὁ γύ-ψ, G. τοῦ γυ-πὸς, D. τῷ γυ-πὶ, A. τὸν γύ-πα,
 V. ὃ γύ-ψ.
 D. N. et A. τῷ γύ-πε, G. et D. τοῖν γυ-ποῖν, V. ὃ γύπε.
 P. N. οἱ γύ-πες, G. τῶν γυ-πῶν, D. τοῖς γυψ-ι, A. τοὺς
 γύ-πας, V. ὃ γύ-πες.

QVAE DAM in ηρ ερος per syncopen ε amittunt: ut,
 ἡ θυγάτηρ filia, ἡ Δημήτηρ Ceres.
 Sing. N. ἡ θυγάτηρ, G. τῆς θυγατ-έρος θυγατρὸς, D. τῇ
 θυγατ-έρι θυγατρὶ, A. τὴν θυγατ-έρα θυγατρα, V. ὃ
 θυγατ-έρ.
 D. N. et A. τὰ θυγατ-έρε θυγατρε, G. et D. ταῖν θυγατ-
 ἔρων θυγατροῖν, V. ὃ θυγατ-έρε θύγατρε.
 P. N. αἱ θυγατ-έρες θύγατρες, G. τῶν θυγατ-έρων θυγατρῶν,
 D. ταῖς θυγατράσι, A. τὰς θυγατ-έρας θυγατρας, V. ὃ
 θυγατ-έρες θύγατρες.

Sic

Sic ὁ πατὴρ pater, ἡ μῆτηρ mater, ἡ γαστὴρ venter; sed in genitivo et dativo tantum singulari.

Sed ὁ ἄνδρας vir pro εἴδος δέ accipit per singulos numeros.

Sing. N. ὁ ἄνδρας, G. τοῦ ἄνδρος ἄνδρος, D. τῷ ἄνδρι, A. τὸν ἄνδρα ἄνδρα, V. ὁ ἄνδρας.

D. N. et A. τῷ ἄνδρει ἄνδρε, G. et D. τοῖν ἄνδραις ἄνδροῖν, V. ὁ ἄνδρεις ἄνδρε.

P. N. οἱ ἄνδρεις ἄνδρεις, G. τῶν ἄνδρων ἄνδρῶν, D. τοῖς ἄνδράσι, A. τοὺς ἄνδρας ἄνδρας, V. ὁ ἄνδρεις ἄνδρεις.

Huc etiam refer ὁ et ἡ κύων, κυνός, canis.

ACCUSATIVVS singularis plerumque definit in α.

Finita autem in ις, υς, αυς, et ους, purè declinata, formant accusativum mutando ; in ν : ut, ἡ οἰς, οἶν, οvis οὐρανός, οὐρανος, racemus ; ἡ γραῦς, γραῦν, anus ; ὁ et ἡ βοῦς, βοῦν, bos.

Gravitona in ις et υς, non purè declinata, utramque retinente terminationem, α et ν : ut, ἡ ἔρις, ἔριδα et ἔριλις ; ἡ κόρης, κόρηθα et κόρην, galea. Sed ἡ χάρις, χάρι gratia ; Χάρις, dea Charis. Sic ἡ κλείς, κλειδα et κλειδα clavis : et composita a ποὺς pes ; ut, ὁ Ὀιδίπους, Οἰδίποδος et Ὁιδίπουν, Oedipus.

VOCATIVVS singularis plerumq; similis est nominativo.

Gravitona autem, quae declinantur per αὐλος vel οὐλος, formant vocativum singularem abjiciendo τος: ut, ὁ Ἄιας, ὁ Ἄιας, Ajax ; ὁ λέων, ὁ λέον, leo.

Gravitona in ον ονος, ηρεος, ωρος, ορος, abjiciunt os ut, ὁ δαίμων, ὁ δαῖμον, daemon ; ἡ μῆτηρ, ὡ μῆτερ, mater ὁ ρήτωρ, ὁ ρῆτορ, rhetor. Similiter ὁ Πόσειδῶν ωνος, Neptune ; et ὁ σωτῆρ ηρος, servator ; penultima vocali in breuem suam converfa, et accentu retracto : ut, ὁ Πόσειδων ὁ σωτερ.

Gravitona in ις et υς abjiciunt ης : ut, ὁ Πάρις, ὁ Πάρι Paris ; ὁ βότρυς, ὁ βότρυν, racemus. Item monosyllab in υς : ut, ἡ δρῦς, ὡ δρῦ, quercus. Sic η et ἡ παις, ὡ παι puer vel puella.

Finis

Finita in *ous* amittunt *s*: ut, ὁ et ἡ *Goūs*, ὥ *Goū*, *bos*.
Sed ὥ *ποῦς*, ὥ *pes*; ὥ *όδοὺς*, ὥ *dens*.

Quae in *eis* definitia flectuntur per *ενίος*, formant vocativum in *ei* et *εν*: ut, ὥ *πλακόεις*, ὥ *πλακόει* et *πλακόεν*, *placenta*.

DATIVVS pluralis definit in *σι*, *ξι*, vel *ψι*.

Fit autem a dativo singulari addendo *σ* ante *i*, si in purum vel *ρι* definit; ut, τῷ δάκρῳ, δάκρυσι; τῷ ρήτορι, ρήτορσι¹: vel mutando *δ*, *θ*, *ν*, *τ* in *σ*; ut, τῇ λαμπάδι, λαμπάσι; τῇ κόρηντι, κόρυσι; τῷ δελφῖνι, δελφῖσι; τῷ σώμαχτι, σώμασι. Cum penultima verò dativi singularis fit *τι*, *σώμασι*. Cum penultima verò dativi singularis fit longa positione, in dativo plurali producitur addendo: post *ε*, et *υ* post *ο*: ut, τῷ πλακόεντι, πλακόεισι; λέοντι, λέουσι.

Si nominativus singularis definit in *ξ*, *ψ*, vel *ς* post diphthongum, dativus pluralis inde formatur, i adjecto: ut, ὥ *ἄναξ*, *ἄναξι*; ὥ *γὺψ*, *γυψὶ*; ἡ *κλείς*, *κλειστὶ*. Sed ὥ *κλείς*, *κλενὸς*, *pecten*, habet *κλεσὶ*; τὸ *οὐς* *ωτὸς*, *auris*, *ωσὶ*; et *πιῦς* *ποδὸς*, *ποσὶ*.

Obs. 1. Poëtae in quibusdam nominibus formant dativum pluralem a singulari, mutando *i* in *εσι* vel *εσσι*: ut, ὥ *ἥρως*, *ἥρωι*, *ἥρωεσι* vel *ἥρωεσσι*, *heros*; ὥ *ἵβρων*, *ἵβρονι*, *ἵβρονεσσι*, *dux*.

Obs. 2. Dativis pluralibus *ν* additur, si vocalis vel diphthongus sequatur: ut, *λέουσιν* *ἐκείνοις*, *leonibus illis*².

Obs. 3. Quibusdam neutris hujus declinationis in *ος* additur syllaba *φι* vel *φιν*: ut, *στῆθος* *pectus*, *στήθεσφι* et *στήθεσφιν*.

Obs. 4. Apocope etiam accidit in hac declinatione, in omnibus casibus singularibus: ut, in nom. *τὸ σκέπα*, pro *σκέ-*

* Definentibus in *ηρ ερος*, syncopen passis, *ε* fit *εάσι*: ut, *πατὴρ παλεῖ*, *παλεάσι*. Sed *γαστὴρ γαστεῖ*, *γαστῆσι*, *venter*.

² Et apud poëtas ante consonam: ut, *στήθεσσιν λασίοις*, *pectoribus lirfatis*.

τασμα, *tegmen*; gen. τῆς Αἴαν, pro Αἴαντος, *Ajacis*; da-
τῆ δαι, pro δαιδί, *pugnae*; accus. τὸν ἴδρω, pro ἴδρωτα, *su-
dorem*; voc. ὦ Λαοδάμα, pro Λαοδάμαν, *Laodama*.

Vt variae sunt terminationes nominativi in hac quinta
declinatione simplicium; ita variae etiam vocales
consonantes ante os genitivi, quae hic subjiciuntur.

α αῖος	τὸ γάλ-α lac.
αῖος	τὸ γράμμ-α litera.
ι ιῶς	τὸ μέλ-ι mel.
α αῖος	τὸ γόν-υ genu.
υ υῶς	τὸ νάπ-υ sinapi.
αν ανίος	ὁ παι-ἀν paean.
ην ενίος	ὁ ποιμ-ὴν pastor.
ηνίος	ὁ Ἑλλ-ην Graecus.
υν υνίος	ὁ εἰρην-ήν agnus.
ιν ινίος	ἡ ἀκτ-ίν radius.
υν υνίος	ὁ μόσσο-υν turris.
ων νίος	ὁ εἰρην-ών canis.
ονίος	ἡ χελιδ-ών hirundo.
ωνίος	ὁ δράκων draco.
ωνίος	ὁ κλ-ῶν ramus.
ωνίος	ὁ Ξενοφ-ῶν Xenophon.
ξ γος	ὁ εἰρην-ξ caper, capra.
αξ αγος	ἡ λάτ-αξ strepitus.
ακος	ὁ θώρ-αξ thorax.
αλιος	ὁ ἄν-αξ rex.
εξ εκος	ἡ μρ-εξ crex avis.
ηξ εκος	ὁ ἀλώπ-ηξ vulpes.
ηγος	ὁ σουπλ-ηξ stimulus.
ηκος	ὁ σφ-ηξ vespa.
ηχος	ὁ ετ-ηξ tuffis.
ιξιος	ὁ τέτι-ιξ cicada.
ικος	ἡ φρ-ιξ maris fremitus.
ιχος	ἡ στ-ιξ ordo.
εγος	ἡ φλ-οξ flamma.

ονος	ο et ή πρ-δξ dama.
υξ	η πλέρ-υξ ala.
υνος	ο et ή ἄμπ-υξ caliendrum.
υκλος	η ν-υξ nox.
υχος	ο ὄν-υξ unguis.
ωξ	ο ρ-ωξ rupes.
ωνος	η πρ-ωξ roris gutta.
γξ	η φόρμι-γξ cithara.
γκος	ο et ή λύ-γξ lynx.
λξ	η ω-λξ fulcus.
ρξ	η σὰ-ρξ caro.
αρ	ο ψ-αρ sturnus.
αρλος	η δάμ-αρ uxor.
αλος	τὸ ήπ-αρ jecur.
ειρ	ο φθ-εὶρ pediculus.
ηρ	ο αἰθ-ηρ aether.
ηρος	ο σωὶ-ηρ servator.
ορ	τὸ ήτ-ορ cor.
υρ	ο et ή μάρτ-υρ testis.
ωρ	τὸ ιδ-ωρ aqua.
ορος	ο Ἔιλ-ωρ Hector.
ωρος	ο φ-ωρ fur.
αις	η μον-αις unitas.
αινος	ο γίγ-αις gigas.
αιος	ο λ-αις lapis.
αιδοс	ο et ή π-αις puer, puella.
αιлос	η δ-αις convivium.
αιоs	η γρ-αις anus
ειδοс	η κλ-εὶς clavis.
ενοс	ο κι-εὶς pecten.
εнлоs	ο Σιμό-εις Simois fluvius.
енлоs	ο Κλήμη-ης Clemens.
ндоs	ο γεν-ης bipennis.
нвлоs	ο Βουλ-ης senator.
нтоs	η εσθ-ης vestis.

ιδος	η ἀσπ-ὶς clypeus.
ιδος	ο et η ὄγν-ὶς avis.
ινος	η ἵς fibra.
ιος	η ὄ-ὶς ovis.
ισθος	η θέμ-ὶς jus.
ηος	η χάρ-ὶς gratia.
ους	ο π-οῦς pes.
ονιος	ο ὁδ-οῦς dens.
εος	ο χε-οῦς cutis.
ονιος	ο πλακ-οῦς placenta.
ωνιος	ο τυρ-οῦς caseolus.
ωιος	τὸ οὐς auris.
υς	η χλαμ-ὺς chlamys.
υδος	η κάμ-ὺς fasciculus.
υνος	ο Φόρκ-ὺς Phorcys.
υδος	ο μ-ὺς mus.
ως	η φ-ώς macula ab igne inusta.
ωος	ο ήρ-ώς heros.
ωιος	ο γέλ-ώς risus.
λς	η ἄ-λς mare.
νς	η ἐλμι-νς tinea.
ρς	ο et η ἄ-ρς agnus.
αψ	η φ-ἀψ avis nomen.
	η λαίλ-αψ turbo.
εψ	η φλ-ὲψ vena.
ηψ	η κώλ-ηψ talus.
αιψ	ο Λ-ἰψ Africus.
	ο νν-ἰψ culex.
ιφος	η κατήλ-ιψ tabulatum.
οψ	η ὄψ vox.
υψ	ο γ-ὺψ vultur.
	ο Κίν-υψ Cinyops fluvius.
ωψ	ο χέδρ-ωψ legumen.
	ο θ-ώψ assentator.

SVESTANTIV

SUBSTANTIVA CONTRACTA.

QVINQUE declinaciones sunt substantivorum contractorum, quae a quinta simplicium oriuntur, ut supra dictum fuit¹.

Contracta appellantur, quia in casibus nonnullis duae syllabae contrahuntur in unam: vel synaeresi, quae fit, cum duae vocales in unam ita coeunt, ut ambae serventur; ut, τείχει τείχει: vel crasi, cum utraque vocalis vel altera mutetur; ut, τείχεα τείχη, τείχεος τείχους.

Prima declinatio.

DECLINATIO prima tres continet terminationes: in *ης* masculini et foeminini generis; ut, ὁ Δημοσθένης Demosthenes², ἡ τριήγενες triremis: in *ες* et *ος* neutrius; ut, τὸ ιωπομανὲς hippomanes, τὸ τεῖχος murus.

Sing. N. ὁ Δημοσθέν-ης, G. τοῦ Δημοσθέν-εος οὐς, D. τῷ Δημοσθέν-ει εἰ, A. τὸν Δημοσθέν-εα η, V. ὡς Δημοσθέν-ες.

D. N. et A. τῷ Δημοσθέν-εε η, G. et D. τοῦ Δημοσθέν-έον οὖν, V. ὡς Δημοσθέν-εε η.

P. N. οἱ Δημοσθέν-εες εις, G. τῶν Δημοσθέν-έων ων, D. τοῖς Δημοσθέν-ετι, A. τοὺς Δημοσθέν-εας εις, V. ὡς Δημοσθέν-εες εις.

Sing. N. ἡ τριήρ-ης, G. τῆς τριήρ-εος ους, D. τῇ τριήρ-ει εἰ, A. τὴν τριήρ-εα η, V. ὡς τριήρ-ες.

D. N. et A. τὰ τριήρ-εε η, G. et D. ταῦ τριήρ-έον οὖν, V. ὡς τριήρ-εε η.

P. N. αἱ τριήρ-εες εις, G. τῶν τριήρ-έων ων, D. ταῖς τριήρ-εσι, A. τὰς τρεύρ-εας εις, V. ὡς τριήρ-εες εις.

Sing. N. τὸ ιωπομαν-ης, G. τοῦ ιωπομαν-έος οῦς, D. τῷ ιωπομαν-ει εἰ, A. τὸ ιωπομαν-ες, V. ὡς ιωπομαν-ες.

¹ Vide pag. 5.

² Appellativum masculini generis in *ης* εος vix legitur. Quod et de substant. foem. forsitan dici potest: τριήγενες etiam revera adjectivum est, intellecta ναῦς navis; sicut πονήγενες πονεμις, διήγενες διεμις.

D. N. et A. τὸ ἵωσιμαν-έε ᾧ, G. et D. τοῦ ἵωσιμαν-έο
οῖν, V. ὡ̄ ἵωσιμαν-έε ᾧ.

P. N. τὰ ἵωσιμαν-έα ᾧ, G. τῶν ἵωσιμαν-έων ᾧν, D. τ
ἱωσιμαν-έσι, A. τὰ ἵωσιμαν-έα ᾧ, V. ὡ̄ ἵωσιμαν-έα.

Sing. N. τὸ τεῖχ-ος, G. τοῦ τείχ-εος ους, D. τῷ τείχ-ει
A. τὸ τεῖχ-ος, V. ὡ̄ τεῖχ-ος.

D. N. et A. τὸ τείχ-εε η, G. et D. τοῦ τείχ-έοιν οῖν,
ω̄ τείχ-εε η.

P. N. τὰ τείχ-εα η, G. τῶ τείχ-έων ᾧν, D. τοῖς τείχ-ε
A. τὰ τείχ-εα η, V. ω̄ τείχ-εα η.

Nomina propria in ης, a κλέος gloria composita, co
trahuntur in nominativo singulari, et dupliciter in re
quis casibus: ut, ὁ Ἡρακλέης ης *Hercules*, ὁ Περικλέης
Pericles.

Sing. N. ὁ Ἡράκλεης ης, G. τοῦ ἑεος ἑους, ἑος ους, D.
έει έει, έι έι, A. τὸν ἑεα ἑη, ἑα η, V. ω̄ εες εις, ες.

Oif. Nomina propria in casibus quibusdam parisyll
bicè inflectuntur: ut, ὁ Ἀριστοφάνης, τὸν Ἀριστοφάνης
Aristophanes; ὁ Σωκράτης, τὸν Σωκράτην, et in vcc. ω̄ Σ
ωκράτην pro Σώκρατες, *Socrates*.

Secunda declinatio.

DECLINATIO secunda duas habet terminaciones:
masculini, foeminini, et communis generis; ut, ὁ
ἥρης, η τέρψις delectatio, ὁ et η κόρης cimex: et: neutri
ut, τὸ σύνθητοι *synapi*.

Sing. N. ὁ ὄφης, G. τοῦ ὄφης, D. τῷ ὄφη-ιι ὄφη-ι, A.
ὄφη-ιν, V. ω̄ ὄφη-ι.

D. N. et A. τὸ ὄφη-ιε, G. et D. τοῦ ὄφη-ιοιν, V. ω̄ ὄφη-
ιοιν.

P. N. οι ὄφη-ιες ις, G. τῶν ὄφη-ιων, D. τοῖς ὄφη-ισι, A.
ὄφη-ιας ις, V. ω̄ ὄφη-ιες ις.

Sing. N. η τέρψης, G. τῆς τέρψης, D. τῇ τέρψη-ιι
τὴν τέρψη-ιν, V. ω̄ τέρψη-ι.

D. N. et A. τὰ τέρψη-ιε, G. et D. ταῖ τέρψη-ιοιν, V.
τέρψη-ιε.

P. N. *ai téρψ-ιες* *ις*, G. *τῶν τέρψ-ίων*, D. *ταῖς τέρψ-ισι*,
 A. *τὰς τέρψ-ιας* *ις*, V. *ῳ τέρψ-ιες* *ις*.

Sing. N. *ὁ εἰ ἡ κόρ-ις*, G. *τοῦ εἰ τῆς κόρ-ιος*, D. *τῷ εἰ τῇ
 κόρ-ιι*, A. *τὸν εἰ τὴν κόρ-ιν*, V. *ῳ κόρ-ι*.

D. N. et A. *τῷ εἰ τὰ κόρ-ιε*, G. et D. *τοῖν εἰ ταῖν κόρ-
 ιοιν*, V. *ῳ κόρ-ιε*.

P. N. *οἱ εἰ αἱ κόρ-ιες* *ις*, G. *τῶν κορ-ίων*, D. *τοῖς εἰ ταῖς
 κόρ-ισι*, A. *τοὺς εἰ τὰς κόρ-ιας* *ις*, V. *ῳ κόρ-ιες* *ις*.

Sing. N. *τὸ σίνηω-ι*, G. *τοῦ σινήω-ιος*, D. *τῷ σινήω-ιι*,
 A. *τὸ σίνηω-ι*, V. *ῳ σίνηω-ι*.

D. N. et A. *τῷ σινήω-ιε*, G. et D. *τοῖν σινηω-ίοιν*, V. *ῳ
 σινήω-ιε*.

P. N. *τὰ σινήω-ια* *ι*, G. *τῶν σινηω-ίων*, D. *τοῖς σινήω-ισι*,
 A. *τὰ σινήω-ια* *ι*, V. *ῳ σινήω-ια* *ι*.

Obs. Genitivi Attici sunt usitatores ; ut, *Ὥφεως*, *Ὥφεων*,
Ὥφεων : et casus contracti per ει ; ut, *Ὥφει*, *Ὥφεις*, pro *Ὥφι*,
Ὥφις. Priorēs etiam accentum habent in antepenultima,
 licet ultima sit longa.

Tertia declinatio.

DECLINATIO tertia tres habet terminations : εὺς ét
 νς generis masculini ; ut, *ὁ βασιλεὺς rex*, *ὁ πρέσβυς lega-
 tus* : et ν neutrius ; ut, *τὸ ἄστυ urbs*.

Sing. N. *ὁ βασιλ-εὺς*, G. *τοῦ βασιλ-έος*, D. *τῷ βασιλ-έῃ εῖ*,
 A. *τὸν βασιλ-έα ᾧ*, V. *ῳ βασιλ-εῦ*.

D. N. et A. *τῷ βασιλ-έῃ*, G. et D. *τοῖν βασιλ-έοιν*, V. *ῳ
 βασιλ-έῃ*.

P. N. *οἱ βασιλ-έες εἰς*, G. *τῶν βασιλ-έων*, D. *τοῖς βασιλ-
 έσι*, A. *τοὺς βασιλ-έας εἰς*, V. *ῳ βασιλ-έες εῖς*.

Sing. N. *ὁ πρέσβ-υς*, G. *τοῦ πρέσβ-εος*, D. *τῷ πρέσβ-έῃ εἰ*,
 A. *τὸν πρέσβ-υν*, V. *ῳ πρέσβ-υ*.

D. N. et A. *τῷ πρέσβ-έῃ*, G. et D. *τοῖν πρεσβ-έοιν*, V. *ῳ
 πρέσβ-έῃ*.

P. N. *οἱ πρέσβ-έες εἰς*, G. *τῶν πρέσβ-έων*, D. *τοῖς πρέσβ-
 έσι*, A. *τοὺς πρέσβ-έας εἰς*, V. *ῳ πρέσβ-έες εῖς*.

Sing. N. τὸ ἄστ-υ, G. τοῦ ἄστ-εος, D. τῷ ἄστ-εῖ ει, A. τῇ ἄστ-ε, V. ὡς ἄστ-υ.

D. N. et A. τῷ ἄστ-εε, G. et D. τοῖν ἄστ-έοιν, V. τῇ ἄστ-εε.

P. N. τὰ ἄστ-εα η, G. τῶν ἄστ-έων, D. τοῖς ἄστ-εσι, A. τὰ ἄστ-εα η, V. ὡς ἄστ-τεα η.

Genitivus masculinum tantum in εὐς exit saepissime in ἔως I qui in εὐ; purum finitis contrahitur in οῦς; ut, ὁ χοέι τοῦ χοέω; χοοῦς, et in accusativo τὸν χοέα χοά, congius. P

Obs. In duali contrahunt nonnulli εε in η; quod improbant doctiores, ut notat *Vossius*.

Quarta declinatio.

DECLINATIO quarta duas habet terminaciones, εως generis foemini: ut, ἡ λεχώ puerpera, ἡ αἰδώς ver cundia.

Sing. N. ἡ λεχ-ώ, G. τῆς λεχ-όος. εῦς, D. τῇ λεχ-όῃ οῖ, A. τὴν λεχ-όα ώ, V. ὡς λεχ-όῃ.

D. N. et A. τὰ λεχ-ώ, G. et D. ταῖν λεχ-οῖν, V. λεχ-ώ.

P. N. αἱ λεχ-οῖ, G. τῶν λεχ-ῶν, D. ταις λεχ-οῖς, A. τλεχ-οῦς, V. ὡς λεχ-οῖ.

Sing. N. ἡ αἰδ-ώς, G. τῆς αἰδ-όος οῦς, D. τῇ αἰδ-οί οῖ. A. τὴν αἰδ-όα ώ, V. ὡς αἰδ-οί.

In οῦ desinentia duo sunt, ἡ αἰδώς verecundia, et ἡ αἰδ aurora; sed in duali et plurali numero vix leguntur.

Numerus singularis tantum contrahitur, dualis et pluralis sequuntur formam tertiae declinationis simplicium.

Quinta declinatio.

DECLINATIO quinta duas habet terminaciones, purum et γας, generis neutrius.: ut, τὸ κρέας caro, μέρας cornu.

Sing. N. τὸ κρέ-ας, G. τοῦ κρέ-άτος αος ω, D. τῷ κρέ- α, A. τὸ κρέ-ας, V. ὡς κρέ-ας.

- D. N. et A. τῷ κρέ-ατε αε ἄ, G. et D. τοῖν κρε-άτοιν ἀοιν
ῶν, V. ὡς κρέ-άτε αε ἄ,
P. N. τὸς κρέ-άτα αα ἄ, G. τῶν κρε-άτων ἀων ὕν, D. τοῖς
κρέ-άτι, A. τὰ κρέ-άτα ααι ἄ, V. ὡς κρε-άτα αα ἄ.
Sing. N. τὸ κέρ-ας, G. τοῦ κέρ-ατος αος ως, D. τῷ κέρ-ατ
αι ἄ, A. τὸ κέρ-ας, V. ὡς κέρ-ας.
D. N. et A. τῷ κέρ-ατε αε ἄ, G. et D. τοῖν κέρ-άτοιν ἀοιν
ῶν, V. ὡς κέρ-άτε αε ἄ.

- P. N. τὰ κέρ-άτα αα ἄ, G. τῶν κέρ-άτων ἀων ὕν, D. τοῖς
κέρ-άτι, A. τὰ κέρ-άτα αα ἄ, V. ὡς κέρ-άτα αα ἄ.

Contractio fit prius tollendo τ: ut, κρέας, κρέατος κρέ-
αος κρέως.

In dat. autem singulari posterior contractio fit mutando
αι in ἄ, et in gen. et dat. duali αοι in ων, impropias
diphthongos.

HETEROCLITA.

HETEROCLITA sive anomala sunt, quae a communii
declinandi ratione deflectunt.

Heteroclita contractione:

HETEROCLITA contractione vocantur, quae ad formam
alicuius declinationis simplicium inflexa, vel in omnibus, vel nonnullis tantum casibus contrahuntur.

In omnibus casibus contrahuntur; οἲ Ερμέας ἥς, Mer-
curius; ἥ μηδα ἄ, mina; οἲ νόος οῦς, mens; οἲ πλακόεις οῦς,
placenta.

Sing. N. οἲ Ερμέας ἥς, G. ἑου οῦ, D. ἑᾳ ἥ, A. ἑαν ἥν,
V. ἑα ἥ.

Sic οἲ Απέλλε-ένς ἥς, G. ἑου οῦ, Apelles.

Sing. N. ἥ μηδα ἄ, G. ἀας ἄς, D. ἀᾳ ἄ, A. ἀαν ἄν, V.
ἀα ἄ.

D. N. et A. ἀα ἄ, G. et D. ἀων ἄν, V. ἀα ἄ.

P. N. ἀαι ἄ, G. αῶν ἄν, D. ἀας ἄς, A. ἀας ἄς, V.
ἀαι ἄ.

Sic ἥ γαλ-έν ἥ, G. ἔνς ἥς, felis.

Sing. N. ὁ ν-οῦς οῦς, G. ὁν οῦ, D. ὁν, A. ὁν οῦν, V. ὁ ε οῦ
 D. N. et A. ὁ ω ḥ, G. et D. ὁν οῖν, V. ὁ ω ϸ.
 P. N. ὁι οῖ, G. ὁων ων, D. ὁις οῖς, A. ὁους οῦς, V. ὁοι οῖ.
 Sic ὁ ἀδελφιδ-έος οῦς, G. ἐου ού, *fororis filius* : τὸ ὄστι-έοτι
 οῦν, G. ἐου ού, *os ossis*.

Huc adde sanctum nomen, ὁ Ἰησ-οῦς οῦ οὐ οῦν οῦ, *Iesus*
 Sing. N. ὁ πλακ-όεις οῦς, G. ὁενίος οῦνιος, D. ὁενί οῦνι: Ad
 ὁενία οῦνια, V. ὁει et ὁεν.

D. N. et A. ὁενίε οῦνιε, G. et D. ὁενίοιν ούνιοι, V. ὁενί^η
 οῦνιε.

P. N. ὁενίες οῦνιες, G. ὁενίων ούνιων, D. ὁεισι οῦσι, A.
 ὁενίας οῦνιας, V. ὁενίες οῦνιες.

Sic ὁ κεν-εών ων, G. εῶνος ωνος, *venter* : ἡ δ-αῖς αῖς, G.
 αῖδος αῖδος, *fax* : τὸ κρ-άαις αῖς, G. ἄαιος αἰος, *caput*. S

SEQVENTIA in nominativo, accusativo, et vocativo
 plurali contrahuntur.

Sing. N. ὁ σότρ-υς, G. υος, *racemus* : Plur. N. A. V. υε^ς
 υας υες, υς.

Sing. N. ἡ ν-αῦς, G. αὸς, *navis* : Plur. N. A. V. ἀες ἀα
 ἀες, αῦς.

Sing. N. ὁ et ἡ β-οῦς, G. οὸς, *bos* : Plur. N. A. V. ὁες ὁα
 ὁες, οῦς.

Sing. N. ἡ ἔρ-ις, G. ιδος, *lis* : Plur. N. A. V. ιδας ιδας ιδες, εις

Sing. N. ἡ κάλω-ις, G. ιδος, *urna* : Plur. N. A. V. ιδε^ς
 ιδας ιδες, εις.

Sing. N. ὁ et ἡ ὄρν-ις, G. ιδος, *avis* : Plur. N. A. V. ιδε^ς
 ιδας ιδες, εις.

Sing. N. ἡ κλεί-ς, G. δὸς, *clavis* : Plur. N. A. V. δες δα
 δες, κλεις.

Variantia genere.

IN singulari numero generis sunt masculini, in plura
 li neutrius : ὁ δεσμὸς *vinculum*, δίφρος *currus*, ἐρεμὸς *re
 mus*, ζυγὸς *jugum*, κύκλος *circulus*, λύχνος *lucerna*, μοχλ
 υετι.

vectis, vātos dorsum, slabmōs statio, tēgáxnos collum. Plur.
τὰ δεσμὰ, et sic reliqua¹.

In singulari numero generis fœminini, in plurali neutrius est; ἡ κέλευθος, τὰ κέλευθα, via.

His addi potest, ὁ et ἡ τάξις, τὰ τάξη, tartarus.

Quatuor singulari numero generis sunt foeminini; duali verò, in nom. accus. et vocat. masculini; ἡ γυνὴ,
τῷ γυναικε, mulier; ὁ ὁδός, τῷ ὁδῷ, via, cum compositis;
ἡ πόλις, τῷ πόλιε, civitas; ἡ χεὶρ, τῷ χεῖρε, manus².

Variantia casibus,

QUATVOR sequentia, ὁ Ζεὺς Jupiter, ἡ ναῦς navis, ἡ
γυνὴ mulier, et ἡ χεὶρ manus, ad hunc modum fleuntur.

Sing. N. ὁ Ζεὺς, G. τὸν Ζνὺς vel Διὸς, D. τῷ Ζνῷ vel
Διὶ, A. τὸν Ζννα vel Δία, V. ὁ Ζεῦ.

Sing. N. ἡ ναῦς, G. τῆς νεῶς, D. τῇ, A. τὴν ναῦν.

P. N. αἱ νῆσοι, G. τῶν νεῶν, D. ταῖς νεωσὶ, A. τὰς ναῦς³.

Sing. N. ἡ γυνὴ, G. τῆς γυναικὸς, D. τῇ γυναικὶ, A. τὴν
γυναικα, V. ὁ γύναι.

D. N. et A. τῷ γυναικε⁴, G. et D. ταῖν γυναικοῖν, V. ὁ
γυναικε.

P. N. αἱ γυναικες, G. τῶν γυναικῶν, D. ταῖς γυναιξὶ, A.
τὰς γυναικας, V. ὁ γυναικες.

Sing. N. ἡ χεὶρ, G. τῆς χειρος, D. τῇ χειρὶ, A. τὴν χεῖρα,
V. ὁ χεῖρ.

D. N. et A. τῷ χεῖρε, G. et D. ταῖν χειροῖν, V. ὁ χεῖρε.

P. N. αἱ χεῖρες, G. τῶν χειρῶν, D. ταῖς χερσὶ, A. τὰς
χεῖρας, V. ὁ χειρες⁵.

¹ A neutrīs in *oī* inusitatis. *Veffus.*

² Sed verisimilius est Atticè articulum τῷ pro τὰ hīc usurpari; sicut
legimus etiam, τῷ φύσιe naturae, τῷ ἡμέρᾳ dies, τῷ τεχνa artes. *Idem.*

³ In soluta oratione sic declinatur.

⁴ Et mox τῷ χεῖρε, pro τῷ, ut paulò supra observatum fuit.

⁵ Vox χεῖρ cæteris hīc adjuncta est, quod poëtae ε pro ε: ponunt in
aliquibus casibus imparisyllabicis: ut, τῆς χερός, et sic in reliquis.

Deficientia casibus.

APTOTOTA sunt nomina literarum: ut, τὸ ἄλφα, βῆτα,ⁿ
Peregrina: ut, ὁ Ἀδὰμ *Adamus*.

Quae apocopen patiuntur: ut, τὸ δῶ pro δῶμα *domus*,^a
τὸ κάρα, vel κάρη, pro κάρηνον *caput*.

MONOPTOTA: ut, Nom. ἡ δῶς *donum*. Voc. ὁ τῶν
ὁ amice vel amici, ab εἴτης.

DIPTOTA: ut, ἀ λάσ, τὸν λάσαν *lapis*; ὁ λῖς, τὸν λῖν, *leōn*

TRIPTOTA: ut, Nom. acc. voc. τὸ Κέρτας *flatua*, δέξι-
μας *corpus*, δέωντας *poculum*, ἥδος *voluptas*, ἥτορ *cor*, νάκτη-
το *por*, ὄναρ *somnium*, ὄφελος *utilitas*, σέβεταις *veneratio*, σέ-
λας *lumen*: Nom. acc. ὁ et ἡ μάρτιος, μάρτιον, dat. pl. μάρ-
τιον, *testis*. Sic adj. ἀλληλ-ων, ων ων, ἀλλήλ-οις αις αις
ἀλλήλ-ους ας α, mutuo, *invicem*, *inter se*: de duobus ve-
pluribus dicitur.

Deficientia numero.

DVALI et plurali carent, ἡ ἀλς *mare*, ἡ γῆ *terra*, ὁ ἄν-
aēr, τὸ πῦρ *ignis*, τὸ ἔλαιον *oleum*¹; et nomina propriæ
quae uni tantum tribuuntur.

Singulari et duali carent τὰ κίσσεα *exequiae*: et nominata
quaedam urbium; ut, αἱ Ἀθηναὶ *Athenae*², αἱ Θῆται *Thea-
tæ*, τὰ Μέσαρα *Megara*: item festa deorum; ut, τὰ Διο-
νύσια *Bacchanalia*, τὰ Κρόνια *Saturnalia*: cum aliis qui
busdam.

Redundantia casibus.

IN nominativo redundant: ὁ Ζεὺς, qui decem habet
rectos, Βδεὺς, Δεὺς, Δἰς, Δὴν, Δὸν, Ζῆς, Ζὴν, Ζὰς, Ζὰν
Jupiter; ὁ Μωσῆς, Μωϋσῆς, Μωϋσεὺς *Moses*; ὁ
ὑδός, υἱεύς, υἱὸς *filius*.

Masculina multa in νῷ et ωῷ; ut, ὁ κανθίρ, κανθίωρ *voca-
tor*: in νῷ et ν%;"> ut, ὁ πλαστήρ, πλαστῆν *fictor*.

¹ Non prorsus carent, sed raro admodum inveniuntur.

² Sed ἡ Ἀθην, Hom. Od. n. 80.

Foeminina multa in α et η ; ut, $\dot{\eta} \ddot{\alpha}x\gamma\alpha$, $\ddot{\alpha}x\gamma n$ gluma: n η et $\iota\varsigma$; ut, $\dot{\eta} \dot{\alpha}\kappa\alpha\lambda\eta$, $\dot{\alpha}\kappa\alpha\lambda\varsigma$ ulna: in η et $\sigma\varsigma$; ut, $\dot{\eta} \dot{\iota}\zeta\lambda\eta$, $\ddot{\alpha}\sigma\beta\sigma\varsigma$ fuligo: in $\sigma\varsigma$ et $\iota\alpha$; ut, $\dot{\eta} \sigma\omega\alpha\varsigma$, $\sigma\omega\alpha\iota\alpha$ caritas. Item $\dot{\eta} \dot{\alpha}\eta\omega\eta$ et $\dot{\alpha}\eta\omega\eta$ luscinia.

Neutra multa in ὁσ et ον; ut, τὸ δένδρος, δένδρον arbor :
ν ον et ιον; ut, τὸ ἀξέηλον, ἀξέηλιον, praemium certaminis.
Item τὸ υδώρ, υδός aqua.

Masculina et foeminina multa in ὁστα; ut, ὁ στρα-
βός, ἡ στραβία exercitus: in ὁστα; et ὁστα; ut, ὁ βαθὺος, ἡ βαθὺια
gradus: in μοστα; et μοστα; ut, ὁ ἀυχμός, ἡ ἀυχμὴ siccitas.
Item ὁ ἀύτην, ἡ ἀύτη halitus.

Masculina, foeminina, et communia quaedam in 15 et
; ut, ὁ δελφίς, ἡ δελφίνη, ἡ αὐλίς, ἡ ράδιος; ὁ et ἡ δίς, ἡ
; γγέρη, λίτος.

Masculina et neutra multa in ὁσ et ον; ut ὁ Σύμος, τὸ^ε
Σύμον, *thym-us*, *um*: in μος et μα; ut, ὁ ἀστωσμὸς, τὸ ὁσ-
τωμα *salutatio*: in οσ; ut, ὁ σκότος, τὸ σκότος *tenebræ*.
Item ὁ κάυης, τὸ κάυεον *cista*.

Foeminina et neutra multa in α et ov; ut, ἡ ἀνία, τὰ
ἄνιον habent: in μα et μη; ut, τὰ χάρμα, ἡ χάρμη gaudi-
um. Item ἡ ἀιδὼς, τὸ ἀιδός pudor.

Masculina, foeminina, et neutra quaedam in ος, η, εον; ut, σίμηλος, η, ov alveare. Item ὁ χειμὼν, η χειμάστο χεῖμα byems.

¹¹ IN genitivo: ὁ Ἀρης, οὐ εος ήλος, Mars: ὁ Δάρης οὐ εος
ἥλος, Dares: ὁ Μίνως, ωος ω, Minos: ὁ γέλως, ωλος ω, ri-
sus: τὸ γόνυ, γόννος per metathesin γουνὸς, γόναλος per epen-
thesin γούναλος, genu: τὸ δόρυ, δόρυος per metathesin δου-
ρὺος, δόραλος per epenthesin δούραλος; dat. δόνη^{τι} poëticè
θορὶ, basta: ἡ Σέμις, ιδος ισηος, jus: ὁ λάας, λάαος per crasis
λαος; λάας, λάου vel λάας; et λᾶς, λασος, lapis: ὁ μύκης, ου-
κελος, fungus: et alia.

DERIVATIVA.

DERIVATIVA.

DERIVATIVA sunt, quae ab aliis ortum ducunt.

Patronymica.

PATRONYMICA a patre, vel ab alia familiae persona derivantur.

Masculina fiunt a genitivo singulari primitivorum mutando terminationem in *ίδης*: ut, Πριάμος ou, Πριάμης Priami filius; Ἀιάνος ou, Ἀιάνιδης Aeaci nepos, scil Achilles; Νέστωρ Νεστορίδης, Νεστορίδης Nestoris filius.

άδης; ut, Ἰππόλην ou, Ἰππολάδης Hippotae filius.

ιάδης; ut, Λαέρτην ou, Λαερθάδης Laertae filius.

Foeminina fiunt, vel a masculinis, elisa ḥn, et desinunt in *ᾶς*; ut, Ἡλιάδης, Ἡλιὰς Solis filia.

ις; ut, Νεστορίδης, Νεστορίς Nestoris filia.

Vel a primitivis, mutando terminationem in *ης*; ut Βρισηνης, Βρισηνης Brisae filia; Κάδμος, Καδμηνης Cadm filia.

ίνη; ut, Ἄδραστην Άδραστη Adrasti filia; Νεφέλην Νερεΐ filia.

ώνη; ut, Αγριστηνης, Αγριστήνη Acrisii filia; Ήλίων, Ήλιών Eetionis filia.

Obs. Iones patronymica in *ίδης* formant per *ιων*; ut Κρονίδης, Κρονίων Saturni filius.

